


Lectiones Sive Publice Sive Privatim In Academia Fridericana ... Habendae

**WS 1787/1788 : Lectiones Sive Publice Sive Privatim In Academia Fridericana
Per Semestre Hibernum 1787. 1788. Habendae**

Buetzovii: Ex Officina Fritiziana, 1787

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1787848221>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





LB T 594.42

1787
88

LECTIONES

SIVE PUBLICAE SIVE PRIVATIM

IN

ACADEMIA


FRIDERICIANA

PER

SEMESTRE HIBERNUM

1787. 1788.

HABENDAE.



BUETZOVII

EX OFFICINA FRITZIANA.

L E C T I O N E S

IN

ACADEMIA


F R I D R I C H I A N A

IN

ERNESTI F. HIBERNUM


1827 1828

H I S T O R I A



1827 1828

ERNESTI F. HIBERNUM



LECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, perget in tradenda THEOLOGIA DOGMAT. superiori semestri coepta, & explicabit NONNULLAS PARTES HISTORIÆ EVANGELICÆ, ad illustranda principia harmonica superiori semestri tradita.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Consist. Duc. Consil. & S. S. Theologiae P. P. O. DEO vires largituro per semestre hibernum in *Theologia Dogmatica* quae restant pertractabit, & post finitam *Isagogen* in vniuersam Theologiam tum *regulas Hermeneuticae* S. traditurus est, tum *praxin* earum in *lectionibus exegeticis* ostendet.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Consist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. E. bono cum Deo 1) in explicandis *Euan-*
* 2) *geli-*

gelistis non perget solum, sed etiam ad finem contendet: 2) Omnes ac singulos diuinos & Veteris & Noui Testamenti libros enucleate percensere instituet, exque iis omnia, quæ sunt præcipui cuiusdam momenti, ita pertractare, ut cum omnino Christianis usibus tum uero inprimis nostrorum temporum necessitatibus consulatur.

IURECONSULTORUM.

I. MATTH. MARTINI, Philosophiæ & iuris Doctor huiusque P. P. O. vt & S. D. R. a consiliis iustitiæ, studiis commilitonum inservire cupiens prælectiones offert sequentes per instans semestre brumale habendas. Interpretabitur

- 1) ius feudale Puettmanni
 - 2) digesta Boehmeri &
 - 3) institutiones Hoepfneri.
- horas iisdem destinatas suo tempore e tabula publica indicabit.

EOB. TOZIVS, Sereniss. Duc. a consil. iustit. Iur. Publ. & Hist. Prof. P. O. dabit notitiam reip. Foederati Belgii, Regnorum Daniae, Sueciae, Poloniae & Imperii Russici, commentaturus ad libri sui, qui inscribitur: *Einleitung in die Staatskunde von Europa*, Volumen secundum.

D. IOANNES IACOBVS PREHN, P. P. O. ac S. D. R. a Consil. Consistorii per instans semestre hibernum

- 1) *Ius Digestorum* praeunte BOEHMERO docebit,
- 2) *Institutiones iuris ciuilibis* ad filum compendii Heinecciani a LUD. IUL. FR. HOEPFNERO emendati explicabit,
- 3) *Ius Feudale*, aut *Canonicum* duce GE. LUD. BOEHMERO tradet nec non rursus scholas suas examinatorias & disputatorias aperiet.

MEDI-

MEDICORUM.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Facultatis Medicæ Senior

- 1) Explicabit institutiones physiologicas ad mentem Dn. Mezger im Grundriß der Physiologie.
- 2) Osteologiam; Splanchnologiam; Angiologiam & Neurologiam ad ductum tabularum suarum explanabit.

Auf Herzogl. Special-Befehl wird er auch in den Vormittags Stunden die Frauens in der Hebammen-Kunst unterrichten.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Archiater & Consiliarius Aulicus atque P. P. O. permisso clementissimo Serenissimi Ducis regnantis quam maxime idonea de causa absens vacare academicis lectionibus per hoc semestre haud poterit.

D. PETRUS BENEDICTUS CHRISTIANUS GRAUMANN, P. P. O. horis e tabula publica indicandis, Therapiam specialem, Materiam Medicam, & Diaeticam docebit.

PHILOSOPHORUM.

E.OB. TOZIVS, Hist. Prof. O. Serenissimi Ducis Consiliar. iustit.

Hora X. docebit hist. Imperii R. G. ad filum compendii Pütteriani: Kurzer Begriff der teutschen Reichsgeschichte.

OLAVS GERHARDUS TYCHSEN, SER. DVCI REGN. a consiliis aulae, OOLL. Prof. P. O. & Bibliothecae praefectus,

Semestri hoc hiberno v. D. praeter hebraea & syriaca rudimenta, tam cursorias in Vet. Test. lectiones, quam L. Arabicae institutiones continuabit. Volentibus quoque vel criticam sacram vel diplomaticam orientalem tradere paratus est.

M. SAMUEL SIMON WITTE, Seren. Duci regn. a Con-
siliis aulicis ac Jur. N. & G. Prof. P. O. per instantem hiemem Ill.
Federo duce *Logicam* ac *Metaphysicam* tradet; *Philosophiam*
item *moraalem* e libello *Plattneriano* docebit, atque *Jurispruden-*
tiam naturalem ad ductum Perill. *Hoepfneri* explicabit. Quae
autem inter ipsa praedlectionum auspicia de *studiis academicis*
rite ordinandis proponere haecenus consuevit *consilia*, ea & hac
vice nequaquam praetermissurus est, si qui sint, qui illis uti ve-
lint. Horas denique hisce auditionibus destinandas e valvis pub-
licis suo tempore significabit.

D. IOH. PETR. ANDR. MÜLLER, Philos. P. P. O.
1) *Metaphysicam* e suo compendio populari methodo docendam,
2) ne sensim euanescat accuratior Græcæ linguæ cognitio, qua
certe Theologis uel maxime opus est, Xenophontis quendam
aut Platonis librum grammaticè exponendum sibi sumet.

P. I. HECKER, Mathes. P. P. O. 1) mathesin puram ele-
mentarem & 2) analyfin docebit, celeb. Kästneri compendia illu-
straturus; 3) in mathefi applicata perget.

FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS
KARSTEN, per instans hibernum semestre hora VIII-IX.
Mathesin puram, hora XI-XII. vero *applicatam* ad ductum
compendii b. fratris: *Auszug aus den Anfangsgründen* &c. expli-
cabit. Nec iis deerit, qui ad unam aut alteram partem *doctri-*
næ cameralis ipsius opera uti velint. Horas e tabulis indicabit
publicis.

DOCTORUM PRIVATORUM
PRAELECTIONES IURIDICAE.
D. FRIED. WILH. STAVENHAGEN, instante semestri
brumali explicabit
1) antiquitates iuris romani Selchovio duce;

2) insti-

- 2) institutiones, prae lucente Heineccio;
- 3) ius Digestorum, ad filum Boehmeri;
- 4) exercitationes elaboratorio practicas. continuabit:
Horas & lectionum initium tabula indicabit.

PHILOSOPHICAE.

M. F. G. S. ZACHARIAE, V. D. M. in *Topicis sacris* pertractandis ita versabitur, vt tam locorum delectum agat legitimum, quam iisdem subjectas sententias accurate cognoscat, verumque adeo Theologicum demonstret.

Ac quoniam quidem ad vim copiamque dicendi, scribendae nihil videtur efficacius, quam Graecorum Latinorumque auctorum germanice reddendorum docta exercitatio: *Homeri Odysseam, Liuium, vel Ciceronis Oratorem* ita recitabit, vt linguarum ἀλλήλων exprimat recitando, obseruando declaret; sacris denique futuris oratoribus id ipsum linguarum peregrinarum scribendo interpretandarum negotium diligenter commendet.

Patet etiamnum *Apollodori Atheniensis bibliotheca Mythologica*, cuius supellectilis sine scientia nobis vix licet esse poetis aut si dicere fas est, ingeniis illustribus.

M. I H LUDEWIG, L. Angl. L. P.

Publice. Auditoribus suis in conversatorio Anglico praesto erit.

Privatim Conditionibus solitis, sedulam offert operam iis, quibus lingua Anglo - Britannica perdiscere animus est. Optabunt Ipsi, quem e sequentibus velint interpretari, sc.

- 1) Sir Andrew Ramsay travels of Cyrus.
- 2) Vermischte Aufsätze in Engl. Prose von C. D. Ebeling.
- 3) English Miscellanies by John Tompson.
- 4) B. Tanner select. Miscellanies in Prose and Verse.
- 5) Letters of the R. H. Lady W. Montague.
- 6) Pope Esfay on Man.

De horis his lectionibus destinandis, tempestive ut velint conuenire, rogatum vult Commilitones suos Aestumatisimos.

CARO-

CAROLUS FRIDERICUS VOIGT, Jur. Cand. incl. Ord.
Jctor. & ampl. Facult. Philos. consensu I. *Encyclopaediam & Me-
thodologiam iuridicam* duce celeb. SCHOTTIO. II. *Historiam
Juris* praeunte ill. WALCHIO. III. *Institutiones* ad ductum
Heinecciani compendii ab ill. HOEPFNERO editi tradet. IV. *Hi-
storiam uniuersalem* enarrabit & V. *Horatii carmina lyrica* in-
terpretabitur. Horas & reliqua tabula publica dabit.

* * *


LUDOV. ARENAUD DE LA LANDE, linguae gallicae
Magister, linguam suam non solum docebit, sed eam etiam ad
scribendi loquendique usum traducet.


* * *

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt,
magistros quoque habent, artium eo pertinentium peritissimos.

P.P. *Bützovii* ante Terminum Michaelis MDCCLXXXVII.







es, praelucente Heineccio;
orum, ad filum Boehmeri;
ones elaboratorio practicas. continuabit:
lectionum initium tabula indicabit.

PHILOSOPHICAE.

S. ZACHARIAE, V. D. M. in *Topicis sacris*
a versabitur, vt tam locorum delectum agat le-
n iisdem subjectas sententias accurate cognoscat,
Theologicum demonstret.
am quidem ad vim copiamque dicendi, scriben-
tur efficacius, quam Graecorum Latinorumque
manice reddendorum docta exercitatio: *Homeri*
um, vel *Ciceronis Oratorem* ita recitabit, vt lingua-
va exprimat recitando, obseruando declaret; sa-
turis oratoribus id ipsum linguarum peregrinarum
pretandarum negotium diligenter commendat.
mnum *Apollodori Atheniensis bibliotheca Mytho-*
pelletilis sine scientia nobis vix licet esse poetis
s est, ingeniis illustribus.

LUDEWIG, L. Angl. L. P.
oribus suis in conuersatorio Anglico praesto erit.
ditionibus solitis, sedulam offert operam lis, qui-
lingua Anglo - Britannica perdiscere animus est.
bunt Ipsi, quem e sequentibus velint interpre-
sc.
drew Ramsay travels of Cyrus.
schte Aufsätze in Engl. Prose von C. D. Ebeling.
h Miscellanies by John Tompson.
iner select. Miscellanies in Prose and Verse.
of the R. H. Lady W. Montague.
sfay on Man.
tionibus destinandis, tempestive ut velint con-
tum vult Commilitones suos Aestumatisimos.

CARO-